

*51. Instrumentum concordiae
tra la chiesa della Ss. Trinità e
Francesca, vedova di Guglielmo Drogo*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali

sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*51. Instrumentum concordiae
tra la chiesa della Ss. Trinità e
Francesca, vedova di Guglielmo Drogo*

1353-08-24

(c. 347v) In nomine domini nostri Iesu Christi. Anno eius nativitatis millesimo tricentesimo <quingagesimo> tertio, regnantibus dominis nostris domino Lodovico et <domina> Ioanna Dei gratia Hierusalem et Sicilie rege et regina, ducatus Apulie et principatus Capue, Provincie et Forcalquerii ac Pedimontis comitibus, regnorum vero ditti domini nostri regis anno sexto et prefate domine nostre regine anno undecimo feliciter amen, die vigesimo quarto mensis augusti, sexte inditionis, apud Potentiam.

Nos Gabriel Strambus annalis iudex Potentie, Angelus de Bonopari publicus eiusdem terre Potentie notarius // (c. 348r) et testes subscripti, litterati et inlitterati, ad hoc specialiter vocati et rogati, presenti scripto publico notumfacimus et testando fatemur quod dum quedam lis seu controversia vertebatur seu verti sperabatur inter domnum Angelum de Palma, archipresbiterum Sante Trinitatis, et clericos collegii ditte ecclesie Sante Trinitatis de Potentia, ex parte una, consentientes prius in nos predittos iudicem et notarium tamquam in suos, cum scirent ex certa eorum scientia nos suos iudicem et notarium in hac parte non esse, et domna Francesca relitta condam Guillelmi Drogi de eadem terra Potentie, mero iure Romano vivens sicut ceteri homines et mulieres ditte terre Potentie ab antiquo vixerunt et vivunt, ex parte altera, de quibusdam terris sitis in contrata Gallitelli et in tenimento ditte terre Potentie, quarum fines esse dicuntur: ab una parte ditta ecclesia Sante Trinitatis, a secunda parte tenet Antonius de Balba et si qui alii sunt confines; item medietatem unius vine# pro indiviso cum ditta ecclesia Sante Trinitatis, site in ditto tenimento et in contrata Montis Santi Antonii, iuxta vineam domni Angeli de Dyano

archipresbiteri Santi Michaelis, iuxta vineam Nicola de Martino et alios confines; in presentia et cum consensu <et auctoritate> reverendi in Christo patris et domini domini Ioannis Dei et apostolice Sedis gratia episcopi Potentini, tam ipsi domnus Angelus archipresbiter et ceteri clerici collegii ditte ecclesie Sante Trinitatis // (c. 348v) quam ditta domna Francisca ad infrascriptam concordiam devenerunt in nostra qui supra iudicis, notarii et testium subscriptorum presentia, videlicet quod ditta domna Francisca dixit tenere prefatam medietatem ditte vine#, quam habet pro indiviso cum ditta ecclesia, fruttum, redditum et proventum <provenientes> eius eiusdem terris et medietate ditte vine# percipere et habere in vita sua tantum et post mortem ipsius domne Francisce debet proprietatem et usufructus ipsarum terrarum et medietatem ditte vine# ad dittam ecclesiam Sante Trinitatis renuntianti intus et proprietatem ipsius ecclesie Sante Trinitatis; pro quibus omnibus firmiter adimplendis et in perpetuum, ut supra dictum est, inviolabiliter observandis et obtinendis et de non veniendis contra, tam predicti archipresbiter et clerici collegii ipsius ecclesie, videlicet domnus Princeps Geronzonus, domnus Bartholus Ferrarius et domnus Dominicus de Amata quam ditta domna Francisca, una pars alteri et altera alteri ad invicem ad santa Dei evangelia iuraverunt, presente ditto domno episcopo et suam auctoritatem <prestante> in omnibus supradittis sic fattis, supradicta omnia et singula in una ditte domne Francisce firma, rata habere et tenere et non contrafacere vel venire, per se alium vel alios, aliqua causa vel ingenio, de iure vel de fatto, in iudicio vel extra iudicium.

1

2

3

4

5

6

7

8

9

Et taliter ego idem Angelus de Bonopari publicus
Potentie notarius // (c. 349r) hoc presens puplicum
instrumentum concordie de mandato contrahentium
prefatorum scripsi quia predittis omnibus rogatus interfui
et meo solito sogno signavi.

10

A sperebatur

A debet

A ex

A reverti

A in ius

A Setaczonus

A Bartholomeus

A Riccardus

A vita

Sottoscrizioni testimoniali assenti in A e S